



# Dissertatio juridica inauguralis de fidejussoribus

<https://hdl.handle.net/1874/342124>

22.

DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
**FIDEJUSSORIBUS,**

*QVAM,*  
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.  
*Ex Autoritate Magnifici Rectoris,*

**D. M. JOANNIS LUYTS,**

Philosophiae Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ  
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimeque  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*  
**PRO GRADU LICENTIATUS;**  
Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privi-  
legiis ritè, ac legitimè consequendis.

*Eruditorum Examini subjicit.*

**WINANDUS FEITH, OLDEBR. GELRUS.**  
*A. D. 18. Junii, hora locoque solitis.*



**TRAJECTI ad RHENUM,**

---

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, cœc lcc LXXXVIII.

*Nobilissimo, Amplissimo, & dignitate conspicuo VIRO,*

**D. DIBBOLDO**  
F E I T H,

JCto, JUDICI in Oldebroeck,  
Parenti meo omni filiali amo-  
re prosequendo, venerando.

*Theses hasce Inaugurales in grati animi  
signum ea qua decet observantia*

Offert & inscribit

WINANDUS FEITH, Aug.



## DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS,

DE

# FIDEJUSSORIBUS.

## THEISIS I.



Idejussor est definitore Cujacio in Par. ff. & Cod. b.t. qui pro debitore suo nomine stipulanti promittit citra novationem, principali debitore nihilominus manente obligato. l. 4. s. & 24. Cod. b.t. l. 1. Cod. de const. pec. l. 23. ff. Mandat. l. 3. §. ult. ff. de admin. rer. ad civ. pertin. l. 3. Cod. b.t. & l. 12. ff. eod. Qui & Adpromissor dicitur l. 5. §. 2. ff. de V. O. l. 43. ff. desolut. l. 64. §. 4. ff. solut. matr.

## II.

Dissert Fidejussor à Mandatore. 1. Hic tam præsens quam absens simplici consensu constituitur. l. 22. §. 1. ff. Mandat. 2. Fidejussor obligationem præcedere & sequi potest §. 3. Inst. b.t. l. 6. §. 2. ff. eod. Mandator præcedit obligationem l. 61. ff. Mandat. qui etiam præcedere intelligitur, si ex postfacto dominus ratum habeat, quia ratihabitio fictione juris retrotrahitur & ab initio mandato comparatur l. ult. Cod. ad SCtum Maced. 3. Uno ex

A 2

Man-

## DISPUTATIO JURIDICA

Mandatoribus electo, lite cum eo contestata, cæteri non liberantur, sed soluta pecunia l. 52. §. 3. ff. b. t. Uno autem ex Fidejussoribus electo cæteri liberantur, & electo reo principali fidejussor vel hæredes ejus liberantur l. 16. 23. Cod. b. t. 4. Fidejussor alieno nomine obligatur l. 1. §. 8. ff. de O. & A. Mandator vero suo nomine l. 28. ff. Mandat.

### I I I.

Distinguitur Fidejussor ab Expromissore. Expromissor est qui novandi animo pro alio promittit & solus obligatur. l. ult. ff. ad Sctum Maced. l. 7. §. 8. ff. de dol. mal. l. 4. ff. de cond. caus. dat. caus. non sec. l. 37. de Oper. libert. l. 19. §. 4. ff. de Donat. Fidejussor vero pro eo qui manet obligatus intercedit l. 16. ff. de Fidejuss. l. 53. ff. de contrab. emt. interdum Expromissor quasi fidejussor dicitur l. 30. §. 1. ff. de Paet. l. ult. ff. quod cum eo.

### I V.

Difserit Fidejussor à Constituente. Constituens est qui nudo pacto constituit citra stipulationem se soluturum, quod ipse, vel alias debet §. 9. Inst. de Action. l. 1. 2. & 5. §. 2. ff. de const. pecun. Fidejussor non nisi per stipulationem & nomine alieno obligatur l. 1. §. 8. ff. de O. & Att. l. 12. C. b. t.

### V.

Omni obligationi fidejussor accedere potest. l. 1. & l. 8. §. 1. & 6. ff. b. t. neque interest utrum naturalis an civilis sit obligatio. §. 1. Inst. b. t. l. 16. §. 3. ff. eod. ubi tamen pro mere civiliter obligato intercessit, veluti pro eo qui inductus dolo stipulanti promisit, exceptio doli competit fidejussori l. 7. §. 1. ff. de except. l. 15. in pr. b. t. Pro naturaliter obligato veluti pro pupillo datus fidejussor etiam obligatur efficaciter. l. 25. ff. b. t. l. 127. ff. de V. O. nisi intercesserit pro furioso jure obligato. l. 70. §. 4. ff. b. t. veluti quoties actio ex re venit l. 24. & 46. ff. de O. & A.

### VI. Quam-

## INAUGURALIS.

## VI.

Quamvis omni obligationi accedat fidejussor, tamen pro conservanda aut restituenda dote stante matrimonio fidejussorem à marito exigere non licet l. 1. & 2. C. ne fidejuss. dot. dent. l. 8. C. de Pact. consent. Neque fidejussor obligatur etiamsi à marito volente sponte sit obligatus arg. dd. ll. Wissenbach ad tit. Inst. de Fidejuss. Disp. 34. n. 8. Fidejussor vero post solutum matrimonium datus in solidum dotis nomine condemnatur l. 7. ff. de Except. Pignus autem pro dote restituenda datum tenet l. 7. §. 6. ff. de Donat. vir. & ux. jure novo hoc non est necessarium, quia uxori bona mariti tacite sunt obligata. l. un. §. 1. & 15. C. de Rei ux. act. §. 29. Inst. de Act.

## VII.

Disputatur, an obligationi ex delictis vel criminibus natæ recte etiam accedat fidejussor? quod Affirm. nempe si agatur civiliter ad poenam pecuniariam l. 70. §. ult. ff. b. t. l. 4. ff. de custod. & exhib. reor. quale est furtum l. 56. §. ult. ff. b. t. Si vero agatur ad poenam corporalem, interest utrum agatur de judicato solvendo, & non recipitur fidejussor, quorum nemo est dominus membrorum suorum l. 13. ff. ad Aquil. l. 22. C. de pœn. l. 4. ff. de custod. & exhib. reor. Wesenb. Parat. b. t. n. 4. An vero agatur de judicio si stendo, quod relinquendum arbitrio judicis, qui pro criminis objecti & personæ qualitate reum interdum in carceres recipiet, interdum datis fidejussoribus dimittet. l. 1. 2. 3. & 5. ff. de Custod. & exhib. reor. l. 6. §. 3. & l. 12. C. de Appellat.

## VIII.

Dandus est fidejussor idoneus; qui enim exhibet non idoneum non videtur cavere l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog. Si ab initio fidejussor idoneus fuerit, & postea idoneus esse desinat, non occurrit remedium directum quo debitor constringi possit, ad cavendum de novo, nisi lex vel edictum prætoris exigit cautionem l. 10. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 4. ff. ut. in poss. legat. l. 20. §. 14. ff. de oper. nov. nunt. l. 4. ff. de Prator. stipular.

## IX. Fide-

## DISPUTATIO JURIDICA

### I X.

Fidejubere possunt omnes illi, qui ex stipulatione aliisque contractibus obligantur & convenientur l. 3. & l. 10. §. 1. ff. b. t. Excipiuntur foeminæ ; nam SCto Vellejano plenissime comprehensum est, ne foeminæ pro ullo intercederent l. 1. & tot. tit. ff. & C. ad SCrum Vellej. l. 3. ff. defidejuss. Si mulier de facto intercesserit, obligatur tam civiliter quam naturaliter, licet actio propter exceptionem SCti Vellejani inanis reddatur l. 8. §. 9. & 12. ff. ad SCrum Vellej. quod limitatur per l. 23. §. fin. C. eod. Si vero mas & foemina simul fidejufferint , subducta persona foeminæ, adversus marem in solidum actio conceditur l. 48. in pr. ff. b. t.

### X.

Mulier privatur beneficio SCti Vellejani, si edocta de jure suo ei renuntiaverit in instrumento publico, sive in judicio sive extra judicium ratio posita est in l. pen. C. de Pact. Extrajudicialis renuntiationis exemplum extat in l. ult. §. pen. ff. ad SCrum Vellej.

### X I.

Nominatim vero prohibita est fidejussio servo extra rem pecuniarem inscio domino l. 3. 19. & 20. ff. b. t. l. 38. §. 2. ff. de Solus. Militibus l. 8. §. 1. ff. qui satisf. cog. ne ab armis & signis abstrahantur l. 31. C. Locat. L. 13. C. de R. milit. quod etiam locum habet in militibus nostri temporis.

### X I I.

Fidejussor porro obligatus est ad id, quod sicut tempore contractæ fidejussionis in obligatione principali §. 5. Inst. b. t. l. 10. C. b. t. l. 5. in pr. C. de Pact. int. empt. l. 8. quod cum eo qui in al. potest. l. 68. §. 1. ff. b. t. etiam si mora noceat fidejussori. l. 88. ff. de V. O. ad obligationem perpetuandum l. 91. §. 4. ff. eod. non tamen ideo obligatio augetur, ut in usuras teneatur ; alia enim est obligatio for-  
tis

tis alia usurarum. l. 8. ff. eo quod cert. loc. l. 22. ff. de O. & A. nisi alter complacuerit contrahentibus, vel fidejussor obligaverit se in omnem causam. l. 68. §. 1. ff. b. t. L. 10. C. eod. l. 54. ff. locat. l. 2. §. fin. ff. de admin. rer. ad civ. pertin.

## X III.

Fidejussores ita obligari non possunt, ut plus debeat quam debet is pro quo intervenerunt. §. 5. Inst. b. t. Si in majorem quantitatem fidejussor se obligaverit quam debet reus principalis, ne quidem ad concurrentem summam fidejussio subsistit. §. 5. Inst. b. t. l. 8. §. 7. ff. b. t. constitutum autem usque ad concurrentem summam sustinetur. l. 11. §. 1. ff. de Const. pec. in leviorem causam admitti possunt fidejussores. §. 5. Inst. b. t. l. 24. ff. eod.

## X IV.

Fidejussor non tantum ipse obligatur sed & hæredem relinquit obligatum. §. 2. Inst. b. t. l. 4. §. 1. ff. eod. l. 5. ff. b. t. l. 24. C. d. t. l. 13. C. de contr. & comm. stip. l. 8. ff. Mand. Si vero plures hæredes inventantur, hi non in solidum sed singuli pro portionibus hæreditariis obligantur l. 24. & 49. ff. b. t. Quid si conveniatur inter creditorem & debitorem, ut mortuo fidejussore alius substituatur, an prioris fidejussoris hæredes à fidejussione liberantur? Neg.

## X V.

Futuræ obligationi recte etiam accedit fidejussor. l. 4. & 6. §. 2. in fine ff. b. t. §. 3. Inst. eod. ea tamen conditione, ut præcedens fidejussoris obligatio tum demum vires capiat, cum & principalis, cui illa accedit, constituta est: interim in pendentि erit, nec ante fidejussor potest conveniri, quam debeat reus principalis. l. 35. ff. de jud. l. 38. §. 1. ff. b. t.

## X VI.

Quoniam conditio fidejussorum est miserabilis, si debitores non  
sint

## 8 DISPUTATIO JURIDICA

sint solvendo, aut non solvendo fiant, huic miseriae fidejussorum leges hisce remediis tribus subvenerunt, nempe Ordinis seu Excus-  
sionis. *N. 4. C. 1. Auth. Præsente. C. b. t. Divisionis. §. 4. Inst. h.  
t. l. 10. §. 1. l. 26. & l. 49. §. 1. ff. eod. l. 3. C. d. t. & Cedendarum  
actionum. l. 17. & 36. ff. h. t. l. 11. C. eod. l. 23. ff. Mand.*

### X V I I.

Primum beneficium est Ordinis; nam olim liberum erat creditor, quem volebat convenire reum principalem an fidejussorem. *l. 3. §. 5.  
C. de Fidejuss.* Jure vero novo prius excutiendæ sunt facultates rei principalis præsentis, antequam fidejussor possit conveniri; si ab-  
sit, judex fidejussori terminum præscribit, intra quem deducat reum primo conveniendum. *d. Nov. 4. C. 1. Auth. Præsente C. b. t.*  
Si vero fidejussor prius conveniatur opponere potest beneficium Or-  
dinis, & quidem ante litem contestatam *l. 12. C. de Except.* quia est dilatoria exceptio quæ ante litis contestationem opponi debet. *l. 2. §.  
ult. ff. de Except.*

### X V I I I.

Hoc beneficium cessat si fidejussor ei renuntiaverit *l. pen. C. de  
Pact. l. 69. ff. de R. f.* ut si & fidejussor se ut principalem debitorem obligaverit, an hoc beneficio fidejussor privatur si interveniente jura-  
mento fidejusserit? Neg. *cum Celeberr. Dn. P. de Greve in Disp. de  
Fidejuss. pos. 16. arg. c. Accessionum 42. de R. f. in 6. junct. d. Auth.  
Præsente. C. b. t.*

### X I X.

Secundum beneficium est Divisionis ex Epistola D. Hadriani, si olim plures essent fidejussores ejusdem debitoris, singuli in soli-  
dum tenebantur. *l. 23. C. b. t. §. 4. Inst. eod.* Hodie ex Epistola D. Hadriani Imperatoris tribuitur fidejussoribus beneficium, quo compellitur creditor à singulis partes petere, qui litis contestatæ tempore solvendo sunt *l. 26. 27. §. ult. l. 28. 51. §. 1. & pen. ff. h. t.  
l. 10. §. 1. C. eod. §. 4. Inst. d. t. l. 1. C. de divid. tutel.* si vero aliquis fidejussorum tempore litis contestatæ tempora solvendo non sit, hoc

cæte-

cæteros onerat. *d. §. 4. Inst. b. t. d. l. 26. ff. b. t.* Quod si fidejussores se obligaverint in solidum an beneficio divisionis privantur? quod Neg. hæc autem exceptio divisionis recte opponitur usque ad sententiam. *l. 10. §. 1. C. b. t. l. 4. & 8. C. de Except.*

## XX.

Cessat beneficium si renuntiaverit ei fidejussor. *l. pen C. de Paet.*  
 & aliis quibusdam casibus quos numerant D. D. *ad d. §. 4. Inst. de Fidejuss.* Si autem fidejussor hanc exceptionem non proposuerit, & solidum creditor i solverit, quod amplius sua parte solvit tanquam indebitum repetere nequit à creditore. *d. §. 4. vers. sed si ab uno. Inst. b. t. l. 39. & 49. §. 1. vers.* *Quod si duo ff. eod.* quia sibi imputare debet fidejussor, quod istam exceptionem non proposuerit; neque fidejussor à confidejussoribus repetere potest, quod amplius sua parte solvit *d. §. 4. Inst. b. t. l. 39. ff. eod. l. II. C. d. t.* quia inter confidejussores nulla contrahitur obligatio *d. l. II. C. b. t.*

## XXI.

Tertium & ultimum beneficium est cedendarum actionum, quo creditor fidejussori solvere parato constringitur actiones cedere, quas adversus reum & confidejussores habet. *l. 17. & 37. ff. b. t. l. 2. & II. C. eod.* Si autem quis sine cessione solvat ad confidejussores suos non habet regresum *d. l. II. C. b. t.* Moribus hodiernis non est hæc cessione necessaria. An & pignora exhibere cogitur? Aff. si modo id fiat sine dispendio creditoris; nam si eadem pignora in aliud debitum sint obligata, quam à fidejussore exsolvuntur, non aliter ea transferre compellitur quam si integrum debitum sit solutum *l. 2. C. b. t.*

## XXII.

Actiones debent cedi ante solutionem *l. 17. 36. ff. de Fidejuss.* Si vero agat fidejussor adversus confidejussores, ex cessione actionum non solidum sed partes viriles consequi potest, quia suum onus unus.

## 10 D I S P U T A T I O J U R I D I C A

unusquisque agnoscere debet. *arg. l. 41. §. 1. ff. b. t. l. 48. ff. de ad-min. tnt.* neque facta solutione jure exigit ut sibi cedatur actio ad-versus confidejussores *l. 76. ff. de solut.* Cedendarum actionum ex-ceptione tunc jure repellitur creditor, si facto & sua culpa amiserit actiones, quas habuit contra reum principalem, & reliquos fide-jussores, ut eas amplius transferre nequeat *l. 95. §. pen. ff. de solut.*

### X X I I .

Si minor pro quo intervenerit fidejussor restituatur, hæc re-stitutio non prodest fidejussori, siquidem sit circumscriptus lubrico-ætatis; sin dolo adversarii sit deceptus fidejussori succurritur *l. 7. §. 1. ff. de Except. l. 2. C. de Fidejuss. min.* Idem est si minor fidejusso-rem dederit simpliciter, hoc est non tanquam minor, sed tanquam alius quidam, & eo modo quo majores fidejussorem dare solent, ni-hilominus actori contra reum principalem actio salva manet *vid. l. 51. ff. de Procurat.*

### X X I V .

Si terminus obligationi adjectus prorogetur, nempe ex causa ta-citæ reconductionis, pignora quidem manent obligata, non etiam fidejussor, quia hæc est nova conductio, pro qua non potest dici obligatus sine novo consensu, nisi expresse se in priorem obligatio-nem reponat. *l. 13. §. fin. ff. Locat. l. 7. C. eod.* Si autem terminus so-lutionis prorogetur invito vel inscio fidejussore, justa causa non est, ob quam fidejussor liberetur. *Clar. Dn. Vinn. 2. selecto jur. quest. c. 41. & 42.* Si vero creditor sèpius terminum solutionis pro-rogaverit, atque ita diutius fidejussor in obligatione detineatur, po-test sibi prospicere remedio ordinario, ut exoneretur, quemad-modum si fidejussor ad inopiam vergat *l. 38. §. 1. ff. Mandat.*

### X X V .

Si quid fidejussor pro reo solverit, ejus recuperandi causa ha-bet cum eo mandati judicium. *§. 6. Inst. b. t. l. 12. §. 1. l. 26. §. 3. l. 59.*

*I. 59. §. 1. ff. Mandat.* quando pro debitore rogante aut sciente & paciente fidejussit *I. 6. §. 2. l. 18. & 20. §. 1. ff. Mandat.* *I. 6. C. eod.* quando autem pro absente & ignorantе fidejussit habet negotiorum gestorum actionem *d.l. 20. §. 1. ff. Mandat.* Si vero pro præsente & vetante nulla actio datur *I. 40. ff. Mandat. & I. 53. ff. eod. I. 53. ff. de R. J. l. ult. ff. de Negot. gest. I. 6. §. 2. ff. Mandat.* Ante solutionem fidejussor regulariter agere nequit *I. 2. C. de fidejuss. I. 14. & 22. in pr. §. 1. & I. 51. ff. Mandat.* Si conventus fidejussor sciens exceptionem aliquam honestam, qua reus uti potuit, veluti doli, non numeratae pecuniae, vel pacti conventi de non petendo, prætermiserit, idem observatur quod *in pr. b. thes. I. 10. & I. 20. pr. ff. Mandat.* neque agit actione mandati fidejussor si injuria judicis damnatus appellatio-  
nis usus non est. *I. 10. in fin. C. b. t.*

## XXVI.

Extinguitur obligatio fidejussoris sublata principali, 1. Solutione principalis debiti. *I. 43. 49. & 76. ff. de solut.* 2. Novatione *I. 4. C. b. t. I. 6. ff. eod.* si hoc expresse fuerit actum, nam alias novatio non censemetur facta, nisi id nominatim actum sit *I. fin. C. de Novar.* 3. Suc-  
cedendo ipsi principali & ita actionis confusione. *I. 14. & 71. vers.* Tamen ubi *ff. de Fidejuss. I. 93. §. ult. ff. de solut.* 4. Praescriptione. *I. 3. & 4. C. de Prescr. 30. vel 40. ann. I. 2. C. de Const. pec.* 5. Sententia definitiva *I. 8. §. 3. ff. de Fidejuss. I. 56. ff. de Re judic. I. 3. ff. judic. solv.* 6. Obligationis diuturnitate. *I. 10. C. Mandat.*



# COROLLARIA.

I.

**V**endor rem venditam præcise tradere tene-  
tur, si facultatem habet rei tradendæ.

I I.

**P**erfecta emtione periculum rei venditæ statim ad  
emtorem pertinet.

I I I.

**S**i dolus det causam contractui bonæ fidei, contra-  
ctus est ipso jure nullus.

I V.

**I**n causis criminalibus non defertur à judice jusju-  
randum in supplementum probationis.

V.

**J**udex, secundum ea quæ allegantur & probantur in  
judicio, non secundum ea, quæ scit ut privatus,  
judicare debet.

V I.

**M**inor 25 annis Jurisperitus læsus ex contractibus,  
in integrum non restituitur.

V I I.

**I**n mutuo fit alienatio.

V I I I.

**C**ommunis error minime facit jus.

F I N I S.